



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

11 De literis requisitoriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

9. ff. si quis in ius voca. non ierit. Dec. c. 1. de iud. nu. 93. & ibi Rip. num. 66. Fel. in c. vi. de foro comp. nu. 22.

Decimotertio, idem erit, cum quis solvere promisit debitam pecuniam quantitatem in certo loco, & tempore: nempe in nudinis quibusdam. Nam et si eo in loco nudinarum tempore non inueniatur, poterit ibidem conueniri, ad eumque locum remissio faciendâ est. Quemadmodum visum est Bald. in cap. 1. colum. 3. de mili. yaf. qui contumax est. Cuius sententiam probare videtur Iaf. in d. l. si conuenit. num. 24. Dec. & Rip. in d. c. 1. de iud. & in ibi Alci. num. 51. Curt. Jun. in d. l. c. num. 10. fraus siquidem à promittente committitur, si ad diem, & locum constitutum non soluerit, & solutus debitam quantitatem accesserit: idcirco præiens iudicatur, ut ille, qui dolo desit possidere. l. si quis dolo. l. in autem. §. 1. ff. de rei vendit. qua quidem ratione obtentum est, quod in hac specie fiat remissio ad locum, in quem fuerit solutio destinata.

Cæterum ubi causa est examinanda in loco contractus, vel solutionis destinata, Iudex illius loci non poterit, etiam verbali citatione, vocare ad iudicium ipsum reum extra territorium commorantem. Quod probatur in Clem. pastoralis, de re iudic. §. de speret. l. vltim. ff. de iurisd. omni iudic. licet vtrunque territorium sub eisdem principis imperio esset, sicut post variam disputationem responderunt, & probat Iac. de Bello visu. in repet. §. contrahentes. de foro compet. in 6. num. 131. Ioan. Fab. in §. vltim. Institut. de pena tener. litigant. Salycet. in leg. omnes. §. executarius. Cedic. de Episcop. & cleric. Felin. in cap. vltim. colum. 1. & 2. de foro comp. Marian. Socin. in cap. postulat. eod. tit. num. 13. quicquid alij fuerint opinati. Quamobrem Iudex loci contractus debet requirere iudicem domicilij, ut faciat citari, & reuocari ad tribunal contractus ipsum reu. Sic etenim visum est præteritis auctoribus: idque praxis forensis recepit hæcenus: & in specie adnotauit Felin. d. c. vlt. nu. 22. vers. 3. fallit, quicquid alij hac in questione scripserint. Eadem ratione si contractus paratam habeat executionem, ea executio peti poterit apud iudicem loci contractus, ad quem causa remissio fieri iuxta præmissam resolutionem debet, & ea fieri debet ad requisitionem publicam, & solennem huius iudicis per iudicem ipsius loci, ubi reus domicilium habueritque Iudex hic requisitus executor eius sententiæ, & decreti, quod Iudex prior super executione contractus pronunciauerit: quemadmodum & in executione lata sententiæ fieri debet. l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. c. 1. Quod si Iudex requisitus nolit exequi decretum iudicis requirentis, nec eius precibus consentire: eius superior est omnino interpellandus, ab eoque petendum est, quod cogat iudicem requisitum exequi ea decreta, quæ illi Iudex requirens destinauerit. Hoc etenim constat ex d. §. sententiam Rome. iuxta literam codicis Florentini, in quo legitur, si hoc ius fuerit. est & optimus text. in cap. nullus. de iure patron. l. si tutor. pupillo. ff. de auctor. tutor. notat Felin. in d. cap. vltim. de foro comp. col. 3. & 4. post gloss. in Clem. pastoralis. in verb. de more. & ibi Imol. & alij de sent. & re iud. Salycet. in arch. si vero. C. de adult. Anania in d. cap. 1. de rap. num. 8. Socin. in cap. postulat. de foro com. num. 14. Boer. de decisione 29. colum. 1. sic passim ad Regia, & suprema tribumalia deferuntur querelæ aduersus iudices requisitos, qui nolunt exequi decreta requirentium: ac tandem secundum ius, & eam distinctionem, quam hac de re præmissimus hoc in capite, dantur Regiæ literæ, quibus præcipitur iudicibus requisitis, quod sententias, & mandata, ac decreta iudicum requirentium exequantur, quod paulo ante num. 2. adnotauimus. Quæ in controuersia duo præsertim considerantur: primum an casus, de quo agitur, eiusmodi sit, ut Iudex requirens sit proprius, & competens ad ipsius causæ cognitionem, secundum, quod ab hoc deducitur, an sit remissio faciendâ ad iudicem requirentem: & an is Iudex rite, & recte requisierit, nempe ipsis in literis, quibus requirit, contractum inserens, ex quo pateat ius cognitionis legitimæ. Quæ quidem praxis in civilibus, & criminalibus obtinet: atque ideo statim de remissione, quæ in criminalibus fieri debet, agemus.

CAPVT XI.

Rursus agitur de eisdem literis requisitorijs potissimum ad criminum. punctionem.

- 1 Iudex, qui alteri in officio successit tenetur exequi literas requisitorias ad eius antecessorem destinatas.
- 2 Mandatum in re necessaria, an morte mandantis expiret: & ubi iudicium. l. fundi venditor. §. vlt. ff. de acquir. poss. l. de iurisd. c. 1. de iud. §. ibi rationes hanc de iuris tractantur.
- 3 In criminalibus remissio faciendâ est ad locum delicti, & ibi rationes hanc de iuris tractantur.
- 4 In foro conscientie non fortitur quis forum ratione delicti.
- 5 Quod de exemptis. & intellet. ad 1. c. 1. in c. 1. de prin. in c. 1. de iur. iudic. §. vlt. ff. de acquir. poss. l. de iurisd. c. 1. de iud. §. ibi rationes hanc de iuris tractantur.
- 6 Iudex quicumque requisitus tamen, tenetur remittere reum ad locum delicti: & quod si ipse peruenit requirerem in ministerio rem ad locum delicti.
- 7 Vagabundus, an remittendus sit: & quid in criminalibus leuibus.
- 8 Remissio non est faciendâ absque summariâ dicitur cognitione.
- 9 Fur rem furuum alio de sevens, an sit rami enatus.
- 10 Remissio an fieri debeat ex diuerso principatu: & a maiori ad mona trinuat.
- 11 Cuius expensis fieri debeat remissio.
- 12 Hæreticus, an sit remittendus.

Scio semel in forensi exercitatione controuersum fuisse, cum essent literę requisitionis solennis decretæ, & iudicibus quibusdam destinata. Contingit etenim iudicem requirentem ante harum literarum præsentationem, & publicam cognitionem, mortem obiisse, vel officio publico functum aut priuatum, esse. Nam quidam existimauerunt, non tenei iudicem, qui in modo post obitum, aut priuationem iudicis requirentis admonetur, & requiritur, eisdem literis, quas requisitorias dicimus, exequi & effectui mancipari, quasi vires harum literarum defecerint omnino, de officio tamen munere, & officio publico apud ipsum iudicem requirentem integrare, ad exemplum iudicis delegantis, & delegati. Cum officium delegati expiret mortuo re integra delegante. cap. gratum. de offic. delegat. l. & quia. ff. de iur. iud. omni. ad §. item si adhuc. Institut. mandat. l. mandat. l. si quidem. C. de actio. & obligat. Nos vero contrarium respondimus, ac modo idem respondemus dubio procul sententes, & tenei iudicem requisitum has literas in hac specie exequi, nec posse hanc executionem effugere ea ex causa, quod Iudex requirens ante requisitionem mortem obierit, vel officio publico fuerit functus. Hanc vero sententiam, ne quis eâ in dubium reuocare contendat, aliquot rationibus comprobare conabimur, primum in eius probationem adducentes ten. Iurisc. consulti in l. fundi venditor. §. vlt. ff. de acquir. poss. ita enim inquit Pomponius. Item si amicus venditoris, mortuo eo, priusquam id sciret, aut non prohibentibus hæredibus id fecerit, recte possessio ei tradita est. Sed si id fecerit, cū sciret dominum mortuum esse, aut cū sciret, hæredes id facere nolle, cõtra erit. Hæcenus Iurisc. consulti, & ex quo passim Doctores adnotarunt, mandatum ex causa necessaria non expirare, morte mandantis re integra. Nam qui vendiderat fundum, mandauit amico, ut eum traderet emptori: & tamen ante traditionem mortuo venditore respondit Iurisc. consulti, mandatarum ignorantem mortem, vel non prohibentibus hæredibus recte tradere emptori possessionem fundi venditi. Quia ratione præmissam opinionem Bartol. & alij probauerunt in d. §. vltim. gl. in l. eius qui in provincia. §. quis vero. vers. non & si ibi, & ibi Bart. & alij ff. si cert. pet. glo. Bar. & Alber. in l. a. §. sed si quis. ff. de donat. Roma. consil. 202. Franc. in cap. si super gratia de offic. deleg. in 6. Henric. in cap. quoniam Abbas. de offic. delegat. Hippol. singul. 44. Bald. in l. mandat. C. mandat. 4. oppositum. Imol. in l. cum pater. §. Meua. ff. de legat. quorum opinionem sequuntur, ac sustententur commnne esse Iason in leg. mora. num. 62. ff. de iur. iud. omnium iudic. Aret. & Claud. in d. l. fundi venditor. §. vltim. ff. de acquir. ven. possess. cui sententię patrocinarı videtur text. in d. cap. si super gratia. Igitur cum Iudex requirens teneatur omnino pro executione iustitię literas iudici requisito destinare, & sic teneatur in specie istum actum ei delegare, committere, aut saltem eius ministerio agere, manifestum sit, non cessare, nec finiri mandatum istud per mortem iudicis requirentis, nec per officij functionem priuationem, aut amotionem secuta. Hæc vero ratio, etiam si communis sit, communique omnium consensu probetur, dubia nihilominus est. Nec enim satis iure probatur, mandatum ex causa necessaria procedens morte mandantis non expirare, nec extingui. Si quidem in d. l. fundi venditor. §. vlt. hoc nequaquam constat. Imò fortassis contrarium, si quis diligenter obseruari. Primum equidem apparet ex eo responso, non recte tradi possessionem ad mandatario, qui scierit mandatarum mortem obiisse: ergo dubio procul palam est, mandatum illud morte extinctum: alioqui posset mandatarius certus de morte mandantis exequi mandatum, & possellio

sessionem tradere, sic sane gloss. in l. sed in iurim. §. si vxo. versic.
 conditione. ff. de donatio. inter virum & vxor. expressim notat ex d.
 leg. fundi venditor. §. vltim. mandatum morte mandantis reuo-
 cari. Nam cum mandantis mors, non inducit mandati reuo-
 cationem, minime necessaria est distinctio illa: vtrum
 mandatarius resciverit mortem mandatoris, an non: quæ
 tamen traditur in dicto §. vltimo quemadmodum in manda-
 tis, quæ morte non extinguuntur in l. mortis causa capimus. §.
 Titia. ff. de donatio. causa mort. leg. si vero non remunerandi. §. vltim. ff.
 mandati. notat Bartol. in l. 2. §. sed si quis. ff. de donatio. Fit tan-
 dem ex his, non probari in dicta leg. fundi venditor. §. vltimo.
 & Iason in dicta leg. eius, qui in provincia. §. quas. vero. scripserint,
 apud Iurifconsultum alternatiuam adsumi pro copulatiua,
 vt mandatarius, qui mortem mandantis sciuerit, & ab here-
 dibus fuerit prohibitus possessionem tradere, non recte eam
 tradiderit, quasi mandatum modo per prohibitionem her-
 redum expresse reuocetur, nondum morte mandatoris
 extinctam. Quæ quidem interpretatio maximam vim &
 violentiam infert Iurifconsulti responso, in quo non tem-
 mere bis alternatiua dictio continetur iuxta propriam
 eius potestatem, & significatione, nisi quibus hallucin-
 netur, omnino intelligenda. Cum & in priori parte alterna-
 tiua propriam vim habeat: sicuti ab omnibus receptum
 est, qui fatentur, recte à mandatario possessionem tradita
 fuisse, cum is nondum sciuerit mortem mandatoris etiam
 si hæredum consensus expressus, vel tacitus non accesserit.
 Idcirco, si post mortis scientiam, etiam non prohiben-
 tibus heredibus mandatarius rem tradiderit, non erit
 recte tradita possessio secundum veram, & propriam præci-
 tati responsi interpretationem: quicquid alij fuerint hac
 questione commenti. Sed & communis conclusio adhuc
 non probatur in d. cap. si super gratia. de offic. delegat. in 6. Nam ea
 decisio specialem rationem habet propter executionem gra-
 tiæ, quæ semel à summo Pontifice concessa, eius morte nõ
 finitur, imò valida manet: & ideo ne frustranea sit, execu-
 cutor datus poterit mortuo Romano Pontifice, qui eam
 concessit, eandem executioni mandare. Nec in eo casu
 scientia mortis impediret gratiæ executionem, cum etfi
 executor sciuerit, Romanum Pontificem mortem obiisse,
 nihilominus poterit gratiam ipsam exequi secundum com-
 mune illius capit. interpretationem. Quod non ita erit ad-
 mittendum in specie Iurifconsulti in dicta leg. fundi venditor. Nisi
 quis velit temere à propria distinctionum significatione
 discedere. Deinde illud est iuris constitutissimi, mandatum
 morte mandantis finiri re integra, etiam ipso mandatario
 mortem ignorante. text. in signis in §. recte. in iurim. mandato. l.
 inter. in princip. ff. mandat. not. gloss. & omnes in l. mandatum. Cod.
 mandat. l. eius qui in provincia. & ibi Alexand. & alij communi-
 ter, ff. certum petat. l. si quis. §. morte. ff. mandati. gloss. in Clem. 1. in
 verb. teneat. de renunciatione. Idcirco non video, quid referat,
 aut qua ex causa in d. leg. fundi venditor. §. vltim. scientia, vel igno-
 rantia mortis consideretur, si ibidem de mandati reuo-
 catione tractaretur. Nihil enim ad mandati reuocationem
 pertinet scientia mortis, vt probauimus. Igitur cum à Iur-
 ifconsulto distinguitur scientia mortis ab ignorantia, plane
 consequitur, ab eo non tractari, nec ambigi, an manda-
 tum in eo casu fuerit per mortem mandantis reuocatum.
 Hinc sane fit Iurifconsultum tantum respondisse, posses-
 sionem recte traditam fuisse à mandatario ignorante mor-
 tem mandatoris, etiam si mandatum iam morte finitum fue-
 rit: non tamen dominium: ad exemplum eius procurato-
 ris, qui expressim mandati reuocationem ignorans bona
 fide rem tradiderit: transfert enim is possessionem, leg. man-
 datum distrahendorum. ff. mandat. dominium autem nusquam trans-
 fertur à procuratore, cuius mandatum reuocatum est: etiã
 si ipse bona fide rem tradiderit minime certus de reuo-
 catione. text. in d. l. eius qui in provincia. §. quas. vero. q. & omnes in dict.
 Clem. vlt. in verb. teneat. de renuncia. opt. text. in l. Papinianus. ff. de
 publica in rem actio. & in l. 2. §. sed si quis. ff. de donatio. Hæc deni-
 que aduersus communem sententiam adnotauit Petrus
 Stella in interpretatione dicta l. Papinianus. quo in loco à Ias-
 one discedit, qui in d. §. quas. vero. communem opinionem
 veram esse censet, etiam in reuocatione expressa, vt tan-

dem mandatum ex causa necessaria, etiam re integra mini-
 me expiret per expressam reuocationem. Quod probat au-
 thoritate text. in d. l. Papinianus. & tamen in eo casu res non
 erat integra, & ideo mandatum non potuit reuocari adhuc
 expresse quia re non integra mandatum, etiam expresse re-
 uocari non potest, saltem regulariter. gl. in l. si pater. C. man. de
 probaturque in d. §. recte. primo responso: & ideo non satis
 vrget pro Iasonis opinione locus ille l. C. Imo Iasoni refra-
 gatur tex. in d. l. funditor. §. vlt. vbi mandatum processit à causa
 necessaria, & nihilominus expirat, & finitur expressa reuo-
 catione heredum, qui quantum ad reuocationem expressam
 mandati non habent maiorem potestatem, quam mandans
 ipse si viuere. l. in his. §. non debeo. ff. de reg. iur. l. cum heres. ff. de diuer-
 sis & temporali. prescriptionibus. Ergo si in d. §. vltim. potuit hæres
 mandatum ex causa necessaria datum post mortem man-
 datoris reuocare, poterit & ipse, qui mandauit, viuens idem
 agere: quamobrem Iasonis opinio non iniuria refellitur.
 Ex quibus non omnino certum sit quod ex d. l. fundi venditor.
 §. vltim. secundum communem interpretationem adduxi-
 mus pro ea sententia, quam probare hoc in loco institui-
 mus, tametsi ea opinio communis, & recepta sententiæ au-
 thoritatem habeat.

Secundo hoc ipsum probatur autoritate Bart. in l. & quia.
 ff. de iur. d. omni. iud. aut potius in l. amore. m. 6. qui scribit, nunciu,
 cui est mandatum missionis in possessionem iniunctum, &
 decretum, posse mortuo mandante, eandem possessionem
 tradere, & illud mandatum exequi: ea equidè ratione, quod
 hoc in casu nulla fiat delegatio iurisdictionis, aut potestatis:
 sed potius exciterur officium illius, qui potestatem, aut iur-
 isdictionem habebat alterius mandato subordinatam.
 Quam opinionem Bart. sequuntur Imol. & Aret. in d. l. fundi
 venditor. §. vlt. Ange. in l. per epistolam. ff. de acq. hered. Fel. in c. relatum
 in sin. de offic. deleg. atque eandem esse communem asseruerant
 Ias. & Purpur. col. pen. in d. l. & quia. sic denique in presentiarum
 officium iudicis iurisdictionem habentis exciuit, & re-
 quiritur ad executionem eius, quod alter definiuit, & pro-
 nunciavit. Vnde nulla hoc in casu contingit, nec constituitur
 delegatio, quæ hunc effectum habeat, vt morte dele-
 gantis expiret.

Tertio, eidem opinioni suffragatur textus, mihi satis ele-
 gans in a. h. vt nulli iudicem. §. & hoc vero iubemus. versic. si vero. Quo
 in loco apertius multo probatur conclusio hæc, quam in d. l.
 fundi venditor. §. vltim.

Quarto eadem sententia probatur autoritate Pauli, An-
 geli, Aret. & aliorum in d. l. fundi venditor. §. vlt. qui expressim
 asserunt, non extingui morte mandantis, etiam re integra,
 mandatum, quo Index qui sententiam tulerit, eius execu-
 tionem alteri commiserit. Par etenim ratio esse videtur, &
 in executionib. instrumentorum, quæ iure Regio paratam
 habent executionem: quemadmodum explicat Roder.
 Zuarez in l. post rem. ff. de re iudi. in commentarijs ad legem
 regiam.

Quinta ratio poterit in hunc modum adsumi ex d. c. si super
 gratia. de offic. deleg. in 6. etenim hæc commissio fit ad executio-
 nem actus principalis iam perfecti, vt patet: commissio autè
 huiusmodi morte committentis minime extinguitur: vt
 Romanus Pontifex ibidem respondit: ergo & in proposito
 questione morte, aut remotione iudicis committentis ne-
 quaquam extinguitur.

Postremo illud his accedit, quod huiusmodi commissio-
 nes nomine dignitatis quæ nusquam moritur, fieri videntur:
 quemadmodum apparet ex his, quæ nos latius adnotauimus
 in cap. requisisti. de testam. & ideo non extinguuntur morte com-
 mittentis, argumento à cap. quoniam. Abb. de off. deleg. non tamen
 infior ratione istam quo ad questionem propositam non
 omnino certè esse. Cum & potestas delegati finiatu prorsus
 per mortem delegantis re integra contingente, etiam si
 delegatio fiat ratione, & causa dignitatis quam ipse delegas
 obtinet, nisi expressim solus dignitatis nomen foret ad-
 scriptum ex his, quæ traduntur in cap. si gratiose. de rescript. & in
 cap. si super gratia. de offic. deleg. in 6. His ergo rationibus, ni fallor,
 præscripta sententia iustitiæ ministerio ob varias, ac sepius
 contingentes iudicium mutationes.

Ceterum cum in capite proximo de causis ciuilibus acti
 fuerit, par est & modo de criminalibus agere, vt in his cau-
 sis explicemus, quando remissioni locus sit, & quonam pa-
 cto literæ istæ, quas requisitorias dicimus, sint accipiendæ, &

3 obseruandæ. Illud etenim receptū est, quod ratione criminis commissi quis forū sortitur, & habet in eo loco, vbi delictū commiserit: tamen si alias ibidem ex ea causa non posset in iudicium vocari, nec forum sortiretur. text. est in l. i. c. vbi de crimine agi oportet, cap. i. vbi gloss. & omnes Doctores in l. solent. ff. de eueor. gloss. in l. a. D. Pio. §. sententiam. ff. de re iud. cap. vltim. & ibi gloss. de foro compet. Cuius decisionis plures rationes constitui solent quas ipse nequaquam omittam vel ex eo, quod necessariae sint ad intellectum eorum, quæ statim sunt exponenda. Primum enim maxime congruit Reipublicæ, scelera eo in loco publice puniri, in quo fuerint perpetrata: propter exemplum, vt qui nondum deliquerunt, à criminalibus abstineant, delinquentium punitione terri. l. capitalium. §. famulos. ff. de penis. Clement. 2. de offic. ordin. cap. quapropter. 2. questione 7. capit. ad deliberandum. de Iuda. capit. 8. de calumniat. quibus accedunt quæ nos ex diuo Thoma, & Aristotele adnotauimus in capit. alma mater, in princip. num. 9. idcirco, qui deliquit est puniendus vbi crimen commiserit. text. optimus in Authem. vt nulli iudicium. §. si quis vero comprehensorum. Et in Authem. vt omnes obediant iudic. §. hoc considerantes. l. si cui. §. vltim. & l. vltim. ff. de accusat. capit. si ille. 23. q. 4. est & alia eiusdem sanctionis, & instituti publici ratio, quod Respublica illa, in cuius territorio delictum est perpetratum, absque dubio speciali iniuria afficitur, vt constat cum magistratus illius maxime offenduntur: quibus conuenit prouinciam malis hominibus expurgare, ne ab his quæta hominum vita illius Reipublicæ, quæ illis ex titit delegata, passim turbetur: & ideo par est, quod his iudicibus conueniat eorum criminum punitione, vt publica fiat vindicta, & denique satisfactio illi Reipublicæ, quæ læsa fuit: vtque in ea tutior sit inter improbos innocentia. l. 3. & l. congruis. ff. de offic. presid. capit. facta sunt leges. q. distind. Tertia his adnectitur ratio ex eo, quod punitio scelerum admodum necessaria Reipublicæ, facilius sit, ac commodius de criminis auctore discutitur, si ea causa in loco delicti commissi examinetur, nam si alibi foret examinanda, quotidie manerent scelera propter occultam auctorem cognitionem, quæ difficilime posset in lucem prodire, si in loco delicti non ageretur de criminis eiusdem punitione. Quod satis constat & notatur in dicto §. hoc considerantes. in authem. vt omnes obediant iudic. est & quarta ratio, quia iniuriam passis, & coacti eius publicam vindictam in alieno territorio prosequi, præsertim apud iudicem illius loci, cuius incolæ sunt, & in quo domicilium habent delinquentes, omittent profecto publicam istam, vel priuatam accusationem, quam prosecuturi sunt multis expensis in eo loco, vbi qui iniuriam intulerunt, amicos & cognatos habet: atque ideo parum essent tunc, nec temere incerti de iustitie ministerio: quem admodum & in dicto §. considerantes, insinuat. Hæc sane rationes deducuntur ab his locis, quæ modo adduximus, earumque meminit optime Iacobus à Bellouillu in capit. Romana. §. contrahentes. num. 110. de foro comp. in 6. quibus exacte, & diligenter premissis, plura sunt in præsentis tractatu exponenda, quæ potissimum erunt eoduducibilia huius tractatus examini, & verè cognitioni.

4 Primum, si prænotatæ rationes considerentur, manifestum erit, in animæ iudicio neminem ratione delicti forum sortiri, nec illius subditum ea ratione fieri, cuius alioqui iure non esset. Quam opinionem probant & sequuntur gloss. in cap. placuit. nu. 1. & 6. quest. 1. Anchar. in repet. cap. postulasti. num. 15. de foro compet. 3. oppos. Abb. & Anan. colum. 3. in cap. 1. de rapto. & idem Abb. in cap. vltim. num. 7. & in cap. cum contingat. num. 29. & in cap. si quis contra. num. 50. de foro compet. idem Abb. in cap. quod autem. de penit. & remissio. & in cap. cum ab ecclesiarum prelatu. colum. 3. de offic. ordin. Roman. in sing. 452. Rochus Curt. in cap. vlt. de consuet. fol. paruo. 72. colum. 2. qui fatetur hanc Opinionem Communem esse. idem asseuerant Panorm. & Anan. in d. c. 1. de raptor. ibi Quorum opinio ex eo constat, quod omnes rationes superius traditæ quo ad forum iudiciale, & exterius, omnino cessant in foro conscientie & interiori, vt manifeste apparet: oportet enim proprium sacerdotem oves sibi commissas diligenter, & interius agnoscere, vt medelam egris adhibere valeat, quarum cura ab eius regimine pendet, ac deinde in animæ iudicio tantum agitur de satisfactione eius iniuriæ quæ Deo fit, & ideo de ea tractauit ille Iudex, qui constitutus est in illo diuino interiori iudicio. Ex quibus, & alijs, quæ à prædictis deduci poterunt, probatur isthæc communis sententia: quicquid in contrarium tentauerit Palud. 4. sem. dist. 27. q. 3. col. pen. post Host. in summa tit. de pen. §. cui con-

stituendum. versio. 5. ratione delicti. & responderit regia. 22. lit. q. per. peccatum quo ad absolutionem extat, postea peccatore contenti in cuius parochia deliquerit, si voluerit: quasi liberum sit ei, confiteri illud crimen proprio sacerdoti, vel ei, in cuius adco veram esse censeo, vt constanter asseuerem, teneo quempiam proprio sacerdoti confiteri crimen illud, quod intra parochiam alterius perpetravit. Sic sane & Andreas Alciat. in dicto capit. 1. de offic. ordin. n. 70. sequitur gloss. in dicto capit. placuit. cui maxime suffragatur, quod non dicatur proprie subditus, qui intra illius territorium deliquit: cum pronis. gloss. celebris in Clement. unica, de foro competenti, in verbo nullus. colum. 2. de tempor. ordin. in 6. Barbat. in cap. i. nonnulli. in princip. colum. vltim. de rescript. Felin. in cap. i. colum. vltim. de sponsal. Abbas in cap. 1. colum. vltim. & Felin. in cap. i. vltim. de sponsal. de foro competenti. gloss. Panormitan. & Felin. in cap. super de sentent. excommunicat. proprie vero subditum exigi censeo à canonibus ad hanc fori, & iudicij interioris iurisdictionem, ex his quæ notatur in cap. omnis vtriusque. de penit. & remissio. 19. tur quid interfit inter iudicium animæ, & tribunal exterius, hinc palam constat. Sed & multa sunt alia, quæ ad hanc rem pertinent: & ideo quantum ad forum exterius pertractanda.

Secundo illud est præceteris obseruandum, in criminibus locum esse remissioni, & delinquentem remittendum esse ad locum delicti, vt ibi puniatur ad illius Reipublicæ iurisdictionem compendandam, & in aliorum exemplū probatur hæc conclusio in cap. i. de raptor. & clement. de re iudic. quibus in locis gl. hoc ipsum adnotauit in pastorali. de re iudic. est ad idem in authem. vt nulli iudicium. collat. 9. §. si quis vero comprehensorum. leg. si cui. §. vltim. & leg. vltim. ff. de accusat. gloss. & omnes in l. Diuo Pio. §. si sententiam. Roma. ff. de re iudic. notatur in d. cap. vltim. de foro competenti. idem ferme probatur in his locis, quorum meminimus ad illud constituendum, quod ratione delicti quis forum sortiatur. extat ad hoc elegans Regia. l. 2. tit. 17. §. 8. ordinationum. Regiarum.

Tertio, iure verum esse apparet remissionem esse faciendam ad locum delicti, etiam si ipse delinquens exemptionis priuilegium habeat. Quæ de re est egregia, & elegans Pontificis responsio in cap. i. de priuileg. in 6. de cuius intellectu nunc est, optime tractandum. Nec enim priuilegium alicui datum etiam emptionis per delictum amittitur: & ideo primo est adnotandū text. in d. cap. 1. non obtinere, quo ad priuilegium exemptionis, seu iurisdictionis iure communi concessum, & sub eodem iure comprehensum, atque ita clericus ratione delicti non poterit à iudice seculari puniri. authem. clericus. & auth. causa. Cod. de episcop. & cleric. idem erit in similibus priuilegijs, quæ clarissimis viris, & militibus iure conceduntur. Sic nec locus erit prædictæ decisioni, vbi priuilegium eximit quem à certa specie iurisdictionis: nepe à seculari, tunc etenim ratione delicti non est quis per iudicem secularē puniendus. Quod omnes fatentur. Idē denique erit, quoties priuilegio quis eximitur ratione personæ à iudicibus ordinarijs. Nam etiam si exemptus delictum commiserit non poterit à iudice illo, à quo aliqui exemptus fuerat, puniri. Igitur in summa, si rem ista exacte consideremus, tunc demum erit locus responsio Romani Pontificis in d. cap. 1. cum exemptionis priuilegium sit loco certo circumscriptum: quia eo casu delinquens, aut contrahens extra illum locum, etiam si iure communi fuerit exemptus, ac iuris communis priuilegio munitus, poterit puniri per iudicē illius loci, vbi deliquerit, & apud eū iudicē tenebitur ex contractu respondere, quia Iudex est illius loci, vbi contraxerit. Hæc quidē est huius quæstionis breuis enodatio, quæ deducitur ex d. c. 1. in princip. & in cap. iur. in statu citando. & cap. cum appellat. de priuileg. Anton. in cap. vltim. de foro competenti. Abb. in cap. iur. de priuileg. ex quibus apparet, exemptos, simpliciter, nō ratione certi loci, sed generaliter, gaudere & obtinere hoc exemptionis priuilegiū vbiunque contraxerint, vel deliquerint. Idem probat text. optimus in d. cap. 1. §. in eos. de priuileg. in 2. cui conuenit Regia. l. 9. tit. 9. part. 1. expressimque notant Anton. & Panorm. in præcatis locis: tamen Abb. in d. cap. vlt. num. 11. & Fel. ibi nu. 5. probare conentur, responsum Pontificis in d. cap. 1. in princip. esse in vniuersum accipiendum, etiam vbi priuilegium inest in-

ac si simpliciter aliquem eximeret à iurisdictione ordinaria: non ratione delicti hic exemptus puniri posset à iudice illius loci, vbi deliquit. Quod ni fallor, est contra tex. in dicto. §. non. & deinde sequeretur, exemptum simpliciter, non ratione loci, privilegio fere, ac omnino cariturum, vbi deliquerit, vel contraxerit extra locum illius iudicis, cui ratione privilegij subditur. Ex quo maxime tollitur privilegium, inique eius remittitur. Quid enim si privilegium exemptionis Romano Pontifici tantum, non aliis iudicibus faceret subditum cum, quem exemerit? quid item si alicui iudicem submitteret, qui non haberet territorium? atque hinc sequeretur, monachum exemptum simpliciter, & subditum Abbati delinquentem extra monasterium, non gaudere exemptionis privilegio. Quod mihi videtur esse privilegio contrarium, & profecto decisioni Pontificia in dicto §. in eos. Posset tamen Panor. sententia procedere, & probari, vbi exempti simpliciter, non ratione loci, sed personæ, obtinerent ecclesie parochiales, aliave officia, quorum administratio, & regimen Episcopo competere, & exemptus delinqueret aut contraheret: in his quæ ad hæc officia pertinent, sicuti probatur in dicto cap. 1. §. in eos. de privileg. in 6. text. optimus in dicto cap. cum capella. eodem titul. quæ quidem decisiones sunt omnino, ac diligenter examinandæ, vt possumus percipere, an factis fide, & ad vnguem fuerint in Hispanum sermonem translatae in d. leg. 9. tit. 9. part. 1. obiter tamen erit expendendus text. in d. cap. cum capella. ex eo etenim constat, quod cū Romanus Pontifex emerit à iurisdictione ordinarij capellam Ducis Burgundia, ipsam tantum capellam exemptam videtur, non autem personas ipsorum capellanorum. Quæ ratione Alexander in rubric. ff. de nau. operu. nunciacione. numer. 26. scribit, in eo responso probari, quod vbi genitius potest extare restrictiue, & demonstratiue: est intelligendus potius, vt restringat, quam vt demonstret. Idem notat Antonius in dicta cap. cum capella. cuius decisionem scribit singularem esse Curt. Iun. in leg. si testamento. Cod. de impuber. & alijs, huius adnotationis hic est verus, ac proprius sensus, vt restrictio fiat iuxta propriam, & veram significationem dictionis, & ipsius pronunciantis, & loquentis mentem, atque intellectum: sic denique, vt non fiat demonstratio absoluta & generalis. Idcirco capella Ducis Burgundia in prædicta specie censetur exempta cum eius ministris, qua in parte ministerio capellæ operæ ministri dederit, & eius officij ministerio fuerint vsi: non autem in vniuersum capellani erant exempti. Sic denique restrictio fit secundum subiectam materiam, & ipsius pronunciantis mentem, quemadmodum deducitur ex dicta cap. cum capella. in quo privilegij restrictio fit ad capellam, & eius ministros hinc casibus, quibus eo funguntur ministerio, quod ad capellam pertineat. Hinc sane aperitur sensus eorum, quæ Bartolus scripsit in l. cum pater. §. mensa. ff. de legat. 2. etenim qui legat tabernam pannorum, auctore Bart. non ipsas merces, quæ in taberna sunt, sed ipsam tantum tabernam legasse videtur. Rursus qui tabernam hypothecæ submisit, non tantum tabernam, sed & merces ipsas pignori, & hypothecæ submisisse videtur. l. cum tabernam. ff. de pignorijs. cuius intellectum tradidit Bartolus ibi, Soci. & Iason in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbor. obligat. 4. quest. Bald. & Salyc. in dicta leg. cum tabernam. Antonius Fanensis in tractat. de pignorijs. 2. part. 1. membro, numer. 17. Nam & hæc restrictio peculiare rationes habet, quæ à mente testantium, & contrahentium deducuntur, quam obseruare cautè debet is, qui nolit in his controversiis iudicandis nec transuersum (quod aiunt) vnguem errare.

Hic igitur constat quam ratione sit accipiendus hic tertius intellectus quoad remissionem in delictis faciendâ. Quæ quidem remissio etiam colligitur ex auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. saltem ex eius ratione & in auth. vt omnes obed. ind. §. hoc considerantes.

Quarto erit animaduertendum, in criminibus remissionem esse faciendam ad locum delicti, quoties à iudice illius loci fuerit petita: quod satis probatur in d. §. si quis vero comprehensorum. Idcirco non est faciendâ, vbi minime fuerit petita ab eo iudice, sicuti adnotarunt Bartol. Bald. & alij in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. Anan. in d. c. 1. de rap. numer. & Abb. in c. vlt. de foro comp. col. 8. & ibi Fel. col. 4. Guid. Pap. in quest. 102. Hipp. in pract. §. oportune. n. 33. quorū opinio communis est, & obtinet quantum ad necessitatē remittendi. Non enim tenetur Iudex remitte reuē alicuius criminis ad iudicē loci, in quo

deliquerit, nisi ab eo fuerit remissio petita: poterit tamen Iudex, si voluerit ex vrbantate remittere reum ad iudicem illius loci, vbi deliquit, vt notat Fel. in d. c. vlt. nu. 10. idem sensu Panorm. in cons. 24. li. 1. qui scribit etiam inducta consuetudine, quod remissio non fiat in criminalibus, posse iudicem ex quadam vrbantate remittere delinquentem ad iudicem loci, in quo deliquerit, vt puniatur condigna criminis poena. Cuius sententia parum hodie iudicibus placuit cum etiam petita remissione, nisi à superiori iudice cogantur, nolint remittere delinquentem, nec remissione vtuntur in ciuilibus, nec in criminalibus.

Quinto, in delictis remissio fieri debet non tantū à quocunque iudice illius loci vbi delinquens habitat aut commoratur. Etenim ille tantum Iudex poterit, ac debet remittere, qui ratione domicilij, aut originis, alteriue cause habeat iurisdictionem in ipsum delinquentem. Ita quidem existimantur Anton. Butrius num. 10. Aret. colum. 3. Felin. num. 9. in d. cap. vlt. de foro compet. quam sententiam Aret. & Felin. probare conantur ex cap. 1. de privileg. in 6. vbi constat exemptum, qui iure ad locum delicti remittendus alioqui est, non posse remitti à iudice ordinario, à quo exemptus exiit, quia in exemptum iurisdictionem non habet. Igitur necessaria est iurisdictione aliqua ex causa, vt Iudex remittere possit delinquentem ad locum delicti. Sed Panormitan. in d. cap. vlt. num. 16. secutus Calderinum ab Antonio discendit, asserens, remissionem istam posse fieri, & necessario exequendam esse, etiam ab eo iudice, qui nec ratione domicilij, nec ratione originis iurisdictionem habet in ipsum delinquentem. Quod poterit plane deduci ex authent. de defensorib. ciuitat. §. in den. vbi defensor, qui causam grauem audire nequit, remittit delinquentem ad iudicem, qui eum punire potest. Et præterea ratio generalis, quæ continetur in d. §. si quis vero comprehensorum. hoc ipsum suadere videtur, vt inde maxime constat, non satis iustam esse Antonij Butrij sententiam, quam item improbat Marian. Socin. in d. cap. tu. postulat. num. 14. non obert huic opinioni inductio text. in d. cap. 1. si quidem vel Romanus Pontifex illud responsum intellexit, vbi non sit à iudice delicti petita remissio. Quæ quidem in specie remissionem illam, quam diximus non necessario, sed sponte, & vrbane fieri, non poterit exequi Iudex ille, qui nec ratione domicilij, nec originis habeat iurisdictionem in ipsum delinquentem: atque ita poterit defendi quod Anton. à Butrio definitur. Aut tandem probari potest, prædictam decisionem esse intelligendam in exempto, etiam ratione loci: vt si is delinquat extra locum illum, puniri possit à iudice loci delicti, ad quem remittendus erit per iudicem proprium, cui iure exemptionis submittitur, non autem per iudicem ordinarium, Episcopum, vel alium, in cuius est territorio: cum ab eo fuerit per privilegium ita exemptus, quod nulla sit in illum iurisdictione, nisi ratione contractus, vel delicti. Sic sane hunc effectum habebit exemptio illa, licet sit restringenda. Qui quidem sensus, ni fallor, admodum congruit verbis & mētī Romani Pontificis.

Sexto in hoc tractatu erit item obseruandum remissionem istam non esse necessario exequendam, nec faciendam etiam poenitente iudice loci, vbi crimen commissum est, quoties Iudex domicilij ipsum delinquentem eius criminis causa propria sententia condemnauerit: quasi non sit remissioni locus in delictis, vbi Iudex domicilij, vel originis sententiâ de eodē crimine dixerit, & pronunciauerit. Quod notant Salyc. in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet. Bald. in l. executio. rem. C. de execu. rei iud. nu. 27. Anan. in c. 1. de rap. num. 8. Matth. de Afflic. in consil. Neapol. rub. 41. nu. 12. quorum opinio potest iure defendi: vt asserit Fel. in d. c. vlt. de foro comp. nu. 11.

Hic equidem auctoribus suffragatur, quod non tantum vbi Iudex domicilij, vel originis delinquentem sententia lata condemnauerit, remissioni locus non est, sed & vbi Iudex in cognitione causæ prauenerit delicti, & illius loci iudicem, eadem remissio erit omittenda, causaque tractabitur, delictumque punietur à Iudice qui prius cognoscere cœperit. Sic visum est Iacobo de Raenis, & Alberic. in l. heres absens. §. si quis carcelam. num. 8. ff. de iudic. Iacobo de Bello visu in repet. §. camr. abentes. de foro compet. in 6. num. 121. & Anchar. in cap. postulat. num. 14. de foro compet. cum & ipse Iudex domicilij possit punire subditum, qui extra eius territorium deliquerit. l. s. accubis. §. sunt quidam. ff. de extra. crimin. cap. vltim. de foro compet. gloss. communiter recepta in l. 1. & 2. C. vbi de crim. agi oportet.

eamque opinionem fatentur communem esse passim iuris
vtriusque interpretes, quoties ad punitionem criminis agi-
tur per accusationem. Sic etenim omnibus abique vlla con-
trouersia visum est, illud denique disputantibus an idem
sit, quoties ad punitionem criminis agitur per inquisitio-
nem. Et sane iure Pontificio receptum est, idem esse, vt iudex
domicilij, vel originis possit inquirere de crimine à
subdito extra territorium commissio, vt illum punire valeat.
Quod ex eo probatur, quia ratione domicilij, vel origi-
nis est quis proprie subditus, cap. ex parte. cap. de lecti. cap. cum
contingat. de foro competens. quibus locis hoc probari videtur.
Idem optime constat cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. extat
ergo discrimen quo ad ius civile. Nam quidam existimant,
iudicem domicilij, vel originis posse, etiam per inquisitio-
nem cognoscere de crimine extra territorium commissio.

Quam sententiam probant, & sequuntur in iudice origi-
nis Bartol. in l. si cui. §. vlt. ff. de accusatio. ex gloss. in l. relegatorum. §. an-
tercedere. ff. de interd. Ioan. Bernard. in practica criminali. c. 8. Bartol.
in l. sepulchri. ff. de sepulch. viola. idem in iudice domicilij, ac tan-
dem in vtroque, Anton. Abb. num. 6. & alij in d. cap. cum contin-
gat. Bartol. in l. cum dos populos. num. 47. & sequent. post Cynum ibi,
C. de summa Trinitate. vbi Baldus & alij. Idem tenuerunt Iac-
ob. de Bello visu in d. §. contrahentes. de foro competens. in 6. num. 117.
& Bald. in cons. 313. lib. 5. idem Bald. in l. vltim. ff. de iurisd. omni. iudic.
Carol. Ruin. cons. 84. lib. 4. num. 9. quæ quidem Opinio Communis
est, vt fatentur Bologni. in consil. 54. & August. Ariminens. in
additionibus ad Angelum. de maleficiis. §. hoc est quadam inquisitio. versic.
quæro an delicti. quo in loco Angelus hanc opinionem sequi-
tur, & Alciat. in cap. 1. de off. ordin. num. 67. contrariam senten-
tiam, quod iure civili iudex domicilij, nec originis non
possit punire crimina extra proprium territorium commi-
ssa, tenet Ioan. Andr. in speculo. tit. de compet. iudic. Bald. in l. 1.
C. de ad. action. Salyc. in l. seruos. C. ad legem Iuliam de vi. Alber. par.
3. stat. quæst. 19. Hippolyt. in l. vltim. ff. de iurisd. omni. iudic. num.
136. Gandin. in tract. de maleficiis. quæst. 6. quorum opinionem
sequuntur asseuerantes, eam Communem esse Hippolytus in
practica crimin. §. constante. num. 90. Thomas Grammaticus de
decisione Neapolit. 26. Ioann. Bernard. in practica. cap. 9. qui tamen
cap. precedentis secutus fuerat obiter in iudice originis con-
trariam opinionem. Horum auctorum ea est ratio, quod in
quisitio pertinet ad publicam vindictam, quæ minime
videtur cõpetere iudici domicilij vel originis, ex eo, quod
nulla iniuria illi Reipublicæ facta sit ex delicto ac potius res-
publica illa offensam patitur, intra cuius territorium deli-
ctum fuerit perpetratum. Quæ tandem ratio mihi non satis
sufficiens videtur. Maxime si quidem interest Reipublicæ,
& illius rectoris, eam provinciam malis hominibus expur-
gari, cuiusque ciues, & originarios etiam ob scelera alibi
commissa puniri, ne obtenta impunitate in maiora prolaba-
ntur vitia: neve aliorum conciuum bene institutos ani-
mos corrumpant: & ideo expendit vel in exilium mitti, vel
alia pena hocce delinquentes affici.

Quamobrem opinor priorem opinionem veriolem esse
Quod si ea vera est, vt omnes in iudicio accusationis faten-
tur, & iudex domicilij prauenerit iudicem loci delicti quo
ad cognitionem causæ, tunc non est locus remissioni. Idem
asseuerat Guid. Pap. quæst. 202.

Contraria sententia placuit Alexand. in l. à diuo Pio. §. senten-
tiam Romæ. ff. de iudic. num. 4. qui existimat, etiam post senten-
tiam latam aduersus delinquentem per iudicem domicilij
esse remittendum ipsum delinquentem ad locum delicti
petente iudice, vt inibi fiat sententiæ late executio. Hoc ip-
sum notant Imola in l. pen. in prin. ff. de publi. iud. Fulg. in l. 1. C. vbi
de crim. agi oportet. ex quibus constat, quod data præuentione
non est facienda remissio donec feratur sententia: qua ta-
men lata, erit delinquens remittendus, ad locum delicti: vt
ibi executio fiat. Ipse non video, quam auctoritate, vel
ratione probari valeat hæc opinio. nec item illa quam ex
Baldo, & alijs adduximus: idcirco potius admitterem, quod
remissio fiat etiam ante sententiam, etiam post præuentionem
ad iudicem loci delicti, eo petente, & eodem modo
post sententiam, præsertim vbi suspicio iubeat, non satis
æque, nec pro criminis culpa delinquentem à iudice pro-
prij domicilij punitum esse, aut puniendum fore. Quod si
ad petitionem legitimi accusatoris iudex domicilij cepisset
de crimine tractare, mihi admodum placet, præuentionem
istam sufficientem esse, vt remissio non fiat.

Septimo, sunt qui opinentur, non esse locum remissioni ad

locum delicti, & vagabundo, qui possit vbiq; puniri. Huius
opinionis auctores sunt Cald. & Anan. in d. 1. de rapt. Guid.
Papæ in quæst. 202. quibus suffragatur gloss. in l. 1. C. vbi de crim.
agi oportet. quam doctores frequentissimo consensu sequun-
tur ex ea deducentes vagabundum posse puniri vbiunque
fuerit inuentus: quod text. ibidem probat: ipse vero hanc
sententiam existimo falsam esse: & ideo iuris esse certissimè
mihi censeo, remittendum esse vagabundum ad delicti locum,
& Card. in d. c. 1. de rapt. Panor. post Ant. in d. c. vlt. de foro comp. pan.
21. Maria. Soc. in c. postulasti. eod. tit. n. 15. nec enim potest certa
ratio consitui, quæ vagabundum ab alijs in hac specie de-
stinguat: Imo rationes, quæ remissionem istam iustam ef-
ficiunt, omnino & in vagabundo iustiores, equioresq; sunt:
sicuti leor quibus facillime discernere poterit. Nec obest
huic opinioni text. in d. 1. ex quo videtur adnotatum fuisse,
quia id obtinet quoties non petitur remissio, nec ea iure
facienda est. non sic erit idem, si remissio petita fuerit per
iudicem loci delicti. Aut tandem ea conclusio erit intelli-
genda, quantum ad locum, vbi vagabundus crimen com-
miserit. Nam vbi inuentus fuerit delinquens, id est, vbi
quis vagabundus deliquerit, ibi erit puniendus.

Octauo, remissioni locus erit, eaque facienda est in cri-
minibus grauibus, & in his, quæ leuia non sunt, nã in leui-
bus nõ est necessaria remissio, nec tenetur iudex delin-
quentem ad locum delicti remittere, sicuti tenuerit Cald. in d.
cap. 1. de rapt. vbi Cynus in auct. quæ prouincia. Cod. vbi de crim. agi
oportet. Collectarius in cap. postulasti. de foro competens. quorũ opi-
nionem sequitur Capella Tolofana 319. & fatentur eam esse
Communem secuti Auferri. inibi in additionibus, & Panor.
in cap. vlt. de foro comp. tit. 15. ex quibus idem erit, vbi crimina
sunt graua, modo actum sit ad civilem pœnam, & condem-
nationem, tunc etenim remissio non est ad locum delicti
facienda, quod expressim auctores prædicti admonet, qui-
bus suffragari videtur regia lex 2. tit. 17. libro 8. ord. idem notant
Chaffanæ in consuetud. Burgund. rubr. 12. n. 7. & Iacob. de bello
visu in d. §. contrahentes. de foro competens. in 6. n. 122. Imola post alios
in d. Clem. pastoralis. n. 64.

Nono, in hoc tractatu oportet animaduertere, quod vt
remissio fiat ad locum delicti, est necessaria quædam sum-
maria criminis cognitio, & probatio, ne alioqui quis inno-
centis infamia notetur. Sic visum est gl. in Clem. pastoralis. in
verb. de more de re iudic. O. Idrad. consil. 124. & alijs authoritati-
bus, quorum statim mentio fiet. Omnes enim tendunt in
hoc quod remissio fieri non debet absque delicti commisi-
si suspitione, & cognitione summaria, quod Bald. expresse
tradit in d. 1. C. vbi de crim. agi oportet. Aret. in c. vlt. de foro comp.
num. 20. sunt tamen qui probare velint, hanc cognitionem
summaria esse præmittendam à iudice remissuro, qui requi-
situs est ad remissionem. Quod notant Ant. Abb. num. 18. &
Fel. in d. c. vlt. num. 10. quam opinionem nec praxis admittit,
nec iure veram existimo. Nam & Bart. in l. vlt. §. 1. ff. de publica-
tis. scribit, iudicem à quo remissio petitur per iudicem loci
delicti, esse inerum executorem, nec posse, etiam summa-
rie, cognoscere de ipso crimine. Idem notat Iason. in l. magi-
stratus. ff. de iurisd. omni. iudic. colu. 1. Est ergo necessaria sum-
maria delicti cognitio, & probatio ad remissionem, in quo
omnes propemodum conuenire mihi videntur. Hæc autem
ferri debet à iudice loci delicti, qui remissionem peti-
t. Quod mihi videtur Bartol. in d. 1. Panor. in d. cap. vltim. nu-
18. recte sensisse, & Guid. Papæ in d. quæst. 202. eisdem opi-
nionis auctorem habere, qui asserit, iudicem requisitum
hanc cognitionem habere quoties requiritur eam omniter,
aut ad iudicem requisitum non transmiserit. Idem tenet
Chaffanæus in d. rubr. 12. n. 6. ex quibus illud superest, quod
modo potissime receptum est, vt iudex requirens teneatur
in ipsis literis requisitoriis summariam delicti cognitionem
interferere. Alioqui nõ tenetur iudex requisitus remittere
delinquentem. Nec quidquam refert legem regiam, quæ
2. est tit. 17. libro 8. ordin. l. 3. tit. 16. libro 8. Recopilat. Texi-
gere ad remissionem, quod reus iam fuerit à iudice requi-
rente condemnatus. Nam id obtinet quoties iudex ille
processit contra delinquentem iuxta formam iuris, cum-
que propria sententia damnauerit. Nec tamen ex hoc ne-
gat regia lex, posse iudicem loci delicti statim ante condem-
nationem præmissa summaria quadã cognitione remissio-
nem petere.

Decimo solet controuerti hac in re, an sit remittendus fur ad locum delicti, ubi is cum re furto ablata in aliu fugerit locum? Nam quod non sit locus remissioni, tenent Bartol. in leg. si dominum ff. de iuris. & ibi Alex. Bald. in l. unica colum. 7. Cod. de confess. Gonialis a Villadiego in tract. de heret. quaest. 8. Angelus de Castro, filius Pauli de Castro, consil. 457. in re confilii parisi. 2. libro. eandem opinionem asserit iure ueriores esse Bald. in consil. 471. libro. 3. propter nouam rei contractationem, ex qua nouum crimen committitur, cuius ratione poterit fur puniri a iudice illius loci, in quo noue rem contractationis, nec erit remittendus ad locum delicti. Verum quia Baldus in dicto consil. 471. scribit, hanc opinionem non esse receptam nec seruari, & quia ipse aliquot auctoribus citatis eam dubiam esse existimauit in libro 2. Variarum Resolutionum. cap. 20. num. 13. nunc constanter assero, eam iure non probari, nec admittendam esse. Nam uera iniuria proprium factum ex illa prima sit acceptatione iniqua, tamen delictum ipsum ulterius procedat propter repetitam contractationem, & usum rei furui. Quod quidem in hac questione parum urget, cum de remissione tractemus, quae fieri debet ad locum delicti, cuius Reipublice uere facta sit iniuria tam publica, quam priuata. Idcirco, si quis rationes ad amissum obseruauerit ex quibus remissio ad locum delicti fit, plane, nisi ipse fallor, fatebitur etiam in hac specie furum cum ipsa re furuata ad locum delicti remittendum fore. Quod Fulgo. tenet consil. 149. colum. 2. idem probat Marcus Mantua apophthegmate 30. ex posterioribus, etiam si Bartol. sententiam teneat Guido Pape in dict. q. 202. & asserit Commencement esse Nicol. Boer. in decisione 13. num. 47. sic & Jacob. de Bello visu in dict. §. contrahentes num. 120. scribit se uidisse communiter seruari Bartol. opinionem, licet quidem eam reprobauerint.

Vndecimo erit praeterea adnotandum hanc remissionem tunc obtinere, & faciendam esse, quoties delinquens extra Romanam urbem degit, & habitat. Nam si is Romae habitat, non est necessario facienda remissio, nec tenetur Romanus Iudex hunc delinquentem remittere, ut scribit Oldrad. consil. 124. asserens ita Romae seruatum sapissime fuisse. Mihi tamen haec conclusio uidetur a sequentibus pendere. Nam siue remissio petatur eo casu, quo Romae est manserit tribunal ad illius criminis punitionem, quia locus delicti subest Romanis magistratibus, & curiae Romanae, uel eo casu, quo distincta est iurisdictio loci delicti a iurisdictioe Romanae curiae, utroque casu petenda est huius sententiae resolutio ab his, quae statim tractabuntur.

Duodecimo loco sese offert frequens huius questionis moderamen, siquidem remissio faciendam non est, quoties Iudex requiritur, petensque remissionem, & requisitus non sunt eiusdem imperij, nec principatus. Huius conclusionis ea est ratio, quod non sit princeps aliquis, qui possit compellere iudicem requisitum ad remissionem. Non enim subest uterque Iudex uni principi. Sed si aliqui tenetur Iudex requisitus remittere, hac ratio parum urget, cum possit cogi ab illo principe, cui Iudex ipse requisitus subditus est. Et nihilominus hanc opinionem tenent Bald. in leg. 3. Cod. de seruis fugiti. in verb. sed nunquid. Odofred. in athen. qua in prouincia. Cod. ubi de crim. agi oportet. que quidem sententia communi totius orbis Christiani usu & praxi recepta est, ut testantur Bald. in l. 1. Cod. ubi de crim. agi oportet. Iacob. de Bello visu in dicto §. contrahentes. numer. 113. Matth. de Afflict. in consilia. Neapol. lib. 2. rubric. 3. numer. 88. Challang. in consuetud. Burgund. rubr. 12. num. 14. Fulgo. consil. 549. colum. 2. Nicol. Boer. de iur. 29. & plerique alij passim, praesertim Paul. Eleazar. Imol. & alij in Clement. pastoralis de re iudic. super gloss. in verbo, de morte. Aufr. in additionib. ad Capellam Tholof. quaest. 319. Imo & apud Italos consuetudine inductum esse, quod remissio non fiat, etiam in locis, quae Imperatori sub sunt, asserunt Bartol. in l. qui sepulchri. ff. de sepulchro. violat. Angel. in leg. haeres absens. ff. de iur. dicit. Felin. in d. c. vltim. de foro compet. numer. 11. & profecto ubi utriusque iudici communis esset Romana, & Imperatoria lex, quae remissionem fieri iubet, necessaria est consuetudo legitime praescripta ad excusandum iudicem, qui nolit remittere. Quod fatentur Paul. & Imol. in dict. Clement. pastoralis. & Felin. in dict. capit. vltim. numer. 11. Anania in dict. capit. 1. de raptorib. colum. penultim. at ubi lex quae remissionem fieri iubet, non afficiat eodem vinculo vnius legislatoris utrunque iudicem, remissio non est in precepto, nec tenetur Iudex requisitus remittere, etiam seclusa consuetudine,

quae necessaria est, ubi lex praecipiens remissionem ratione eiusdem legislatoris, est utriusque iudici communis. Ea uero lex, quae a ratione naturali deducitur, & quae docet ius unicuique reddendum fore, in utroque casu seruanda erit. & ideo quoties remissioni locus non est, tenetur Iudex priuato laeso, & accusanti delinquentem ius reddere, & ipsum delinquentem punire, nec ab hoc iure poterit excusari consuetudine quacunque, nec alia humana lege, cum & haec iniqua foret, & naturali rationi refragaretur. Sic etenim rem ista intellexere Nicolaus Boerius in dict. decisione. 29. lat. consil. 121. lib. 1. Thomas Grammat. decisione. 26. num. 3. Calder. in d. capit. 1. de raptorib. sentit Abb. in consil. 24. col. 2. lib. 1. idem Abb. in d. capit. vltim. de foro compet. n. 23. Aufrer. in d. decis. 319. & Rochus Curt. in cap. vltim. de consuetud. fol. o parno 17. col. 1. qui expressim asserunt, validam esse consuetudinem, quae remissionem istam impedit & tollat, modo delictum puniri possit, & puniatur a iudice, qui ex eadem consuetudine remittere non tenetur. Igitur Iudex requisitus vel remittere tenetur, vel delinquentem ipsum punire ad ipsius offensam accusationem. Quod in hac questione ipse censo maxime considerandum fore. Nec enim me latet apud plerisque receptum esse, non posse delictum puniri extra locum delicti, nisi a iudice domicilij, vel originis. Ita quidem tradit Iacob. de Bello visu in d. §. contrahentes. n. 119. Panorm. item in dicto cap. vltim. num. 13. & alij in dict. Clement. pastoralis. de re iudic. Attamen et animaduertendum, quod ubi delinquens est vagabundus uere uel ex praesumptione, quia spes est & suspicio maxima ipsum in locum domicilij, vel originis non migraturum intra breue tempus, hic poterit puniri a quocunque iudice illius loci, ubi moram fecerit, aut per quem transiit viator, quem admodum Panorm. in dict. num. 13. & sequentibus. tradit, ex Speculatore in tit. de competenti iudice. §. 1. versic. 40. & Antonio ibidem, textus optimus in l. 1. Cod. ubi de crim. agi oportet. & in auth. vi nulli iudicium. §. si quis uero. Atque ita in huius vagabundis plane admittitur, quod modo respondimus, cum possint ubique puniri. Sed & si quis deliquerit in alterius iniuriam, & a loco delicti fugerit in eum locum a quo remissio fieri non potest, quia diuersi principatus sit, nec in eo domicilium, aut originem habeat ipse criminis author, profecto iniqui uidetur, quod hic nec sit remittendus ad locum delicti, nec sit puniendus a iudice illius loci petente offensam publicam uindictam. Nam & Doctor. ipsi paulo ante citati contendunt, non valere consuetudinem, quod delinquens non remittatur a iudice, qui nec sit domicilij, nec originis, quia maneret tunc crimen impunitum, cum Iudex ille punire delictum non possit, in quo conuenire mihi uidentur cum Iacobo de Bello visu, & Panormitan. & alijs. Haec autem ratio a iure naturali deducitur, & ideo eadem est, & ubique locorum uiget. Igitur sicut non ualere consuetudo impediens remissionem, ubi Iudex requisitus delictum punire non potest, etiam nec ualebit ubi Iudex requiritur, & requisitus sunt sub diuersis principibus, quoties non potest delictum puniri a iudice, qui remissionem negat. Etenim utroque casu delictum manet impunitum aduersus rationem naturalem, & quae nullo temporis usu tolli potest. Quamobrem, ubi Iudex requisitus diuersi principatus est, tenetur remittere, quod omnes negant, & nos itidem eidem accessimus: uel punire debet delinquentem quem offensus accusat. Cui opinioni istud accedit, quod dum offensus agit ad satisfactionem iniuriae, & laesionis, quam iure naturali tenetur offendens omnino impendere tunc illius satisfactionis debitor est, ut & pecunia, alioqui debita esse poterat. Nemo uero inficiabitur debitor hunc posse, cum in fuga sit, ubique conueniri, ergo & delinquens ratione satisfactionis poterat apud quemcunque iudicem accusari, si remissioni locus non sit ad iudicem illum, qui poterat iure ordinario ad criminis punitionem procedere. Et praeterea tenetur quilibet princeps, seu Iudex ius unicuique petenti reddere, cum hoc sit munus iustitiae a lege naturali, quae ubique vim habet manifeste procedens, quod si dixeris, hoc uerum esse, si sit Iudex competens illius, contra quem agitur, id ipse facile concesserim. modo mihi & illud detur, in specie, quam tractamus, hunc iudicem competentem, & uerum esse, cum ex culpa rei non possit offensus eum apud proprium iudicem deferre, fugitiuus etenim est. Sed & si ad penam criminis agatur, quae non pertinet ad offensam satisfactionem, saltem eam que iure naturali ei debetur ab offendente, tunc erit obseruandum, an totius Reipublicae vniuersalis intersit crimen hoc quod defertur, non relin-

